

manifeste dicitur quod in nouissimis temporibus descendant quidam a fide attendentes spiritibus erroris et doctus demoniorum loquentium mendacium super quod uero de gloria quod signat de quodam quod non nobiles et magni uiri erunt qui tunc descendent a fide catholica. De tertia uero discessione a romano pontifice habet i. Joh. ij. ubi loquitur iohannes in persona romane ecclesie iam derelicta a suis membris dicit. Et nobis perierunt. sed ex nobis non erant. quod si fuisset ex nobis permansisset utique nobiscum. Mo enim tunc uero gloria de particularibus ecclesie undique per ortem diffuse subtraheret se ab obia romani pontificis. ita ut pauci sibi obediant et ipse tunc temporis circa partes romanas se cludit cum paucis alijs ab eius obia subtractis. **A**d primum ergo est dicitur quod antipope per demonum ministerium et suos ministros parabit ecclesie desolationem ubique terrarum. unde scribit dani. viij. quod ipse robustos et populos sanctorum interficiet. **A**d secundum et tertium dicitur quod ecclesia non deficiet uniuersaliter. Expugnabitur quidem. sed non desolabitur. multa etiam membra ecclesie que ex persecutione antipope decedent a fide. ipso interfecto ad fidem conuertentur.

Questio. xxij. De pape obedientia

Deinde considerandum est de pape obedientia. circa quam triplex consideratio occurrit. Primo de obedientia christianorum. Secundo de obia paganorum. Tercio de obia iudeorum. **C**irca primum queruntur septem. Primo Utrum christianus pape in omnibus teneatur obedire. Secundo Utrum pape teneatur obedire laici christianus sicut clericus. Tercio Utrum pape christianus laici magis teneatur obedire quam imperatori vel regi. Quarto Utrum pape serui christianorum magis teneatur obedire quam proprijs dominis. Quinto Utrum ipse christianos liberos possit ad huiusmodi dampnare. Sexto Utrum ipse christianos existentes sub domino infidelium ab eorum domino deat subtrahere.

Ad. i. sic procedit. Videt enim quod pape christianus in omnibus teneatur obedire. scilicet ubi em Colo. iij. filij obedite parentibus uestris per omnia. multo ergo magis in omnibus teneatur obedire pape ut scribit ad hebr. xij. Si patres habetis carnis uestrae habuimus et ueritatem et tenebimus eos multo magis obtemperabimus patri spirituum et uiuere. **I**nferior non debet de superiori iudicare. quod maiores a minoribus iudicari non possunt ut scribit xxij. di. c. submittere. non spectat ergo ad subditos christianos iudicare vel discernere in quibus debent obedire pape vel non. **I**n premissis est platus omnium christianorum. sed beatus bndictus dicit in regula sua quod si prelati precipiat impossibile subditis debet temptare implere. **I**n contrarium est quod scribit act. iij. Obedire oportet deo magis quam hominibus. Si ergo papa mandaret aliquid contra deum fieri sibi non esset obediendum. **R**. dicitur quod illa que papa precipit vel clauduntur sub iure naturali. vel sub iure diuino. vel sub iure positivo. Si clauduntur sub iure diuino. non est obediendum pape. si mandaret aliquid.